



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Linguae custodiam mone[n]t quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

nociuam tristitiae pestem de corde ex  
pellitur. Quartum est, quia per præ-  
sentem laudem uenitur ad æternam.  
**Psal. 83.**  
**Pl. 150.**  
**I. Co. 14.**  
**Psa. 33.**  
**Augus.**

Psal. Beati qui habitant in domo tua  
in seculum seculi laudabunt te. Item  
laudate eum in cordis & organo &c.  
Tribus modis debemus laudare deū.  
Corde, ore, & opere. De primo dice-  
bat Paulus. Psallam spiritu, psallam  
& mente. De secundo Psalmus. Sem-  
per laus eius in ore meo. De tertio  
ait P. Augustinus. Non solum igitur  
uox tua sonet laudes dei, sed opera co-  
cordent cum uoce tua. cum enim la-  
datur deus de bono opere tuo, tunc  
laudas deum. Igitur corde, ore, &  
opere dominum, qui fecit omnia, laude-  
mus semper.

*Linguæ custodiam monet quatuor.*

**P**rimum est, mala, quæ ex lingua  
orientur. de hac materia requi-  
re in sequenti capitulo. Secun-  
dum est, consideratio futura ex-  
aminationis, quia ibi examinabuntur ver-  
ba, quæ sine utilitate proferuntur.  
**Mat. 12.**  
**Isyd.**

Vnde Matt. 12. de omni uerbo ocioso  
quod locuti fuerint homines, reddit  
rationem in die iudicij. Et Isidorus,  
sermo ociosus non est absque iudi-  
cione.

INSTITV TIO. 137

cio . Tercium quod monet nos ad custodiendam linguam , sunt bona, quæ ex silentio oriuntur. De hac materia require in capitulo de silentio. Quartum est , quia nobis necessaria est , quia sine custodia linguae non potest homo iustificari. Vnde Job. Nunquid uerbosus iustificabitur ? Et Iac. 2 Si quis putat se religiosum esse non re frenans linguam suam, huius uana est religio.&c. Prou. Mors & uita in ma- Pro. 17. n linguae.

Job. 11.  
Iac. 2.

Linguae mala sunt quinque.

P rimum est , quia ostendit hominem esse stultum. Ecclesiast. Stultus uerba multiplicat. unde Hieronymus, uox enim insipientis in multiplicatione sermonis est. Itē . Canis infirmior magis latrat . Secundum est , quia reddit hominem odiosum. Vnde Ecclesiasticus. 9. Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus . Ideo porco assimilatur , qui in omni spuria ponit os suum . Hoc confirmat D. Gregorius inquiens . Qui non timet inquinare linguam suam peccato, porcus uidetur esse , potius quam homo , & est quasi canis macelli, qui labia sua solet habere sanguinolenta.

Eccles. 7.  
Hieron.

Eccles. 9.  
Gregor.

M 5